

055

053

059

049

064

044

104

004

154

Ende

Anfang

TABULARUM RUD-

PRÆ-PTUM 44.

Alia via. Quare ipsius puncti Eclipticæ ori- entis Declinationem ex Tabula, eiq; jungere angulum orientis; compositi Log-o adde Log-um declinationis: à summa rejice Log-um altitudinis Æquatoris, restabit Log-um differentie ascensionalis: quæ de puncti Septentrionalis Asc: recta auferenda est; ad meridionalem addenda, ut constitatur Asc: obliqua quaesita.

Ut sit punctum Eclipticæ. 0°. 7'. 12". X. Alt: Poli 38°. 0'. Eius declinatio est 11°. 28'. 10". Angulus 69°. 19'. 15", sed cum arcu sequenti sinistro, ergo cum antecedenti 110°. 40'. 45". Angulus orientis 0°. 7'. 12" X. est 30°. 24' ex Tabula. Summa utriusq; 141°. 4'. 45" habet Log-um 46482, cui adde Log-um Declinationis 161522: sit summa 208004. Hinc aufer alt: 952. Log-um 23824; restat 184180, Log-um arcus 9°. 7'. 20". Hec est ergo diff: Asc: addenda. Est autem A. R. o. X. 332°. 13'. 9". Ergo Asc: obliqua erit 341°. 20'. 29".

Conversive: explorandi causa, queratur eadem Diff: Ascensionalis per Mesologarithmos. Declinationis Mesolog. + 159506 Altitudinis Æquat. Mesolog. - 24682 Aufer costice, restat + 184188 Logarithmus idem fere qui prius.

SED ET IPSUM PUNCTUM ECLIPTICÆ ORIENS, PER AN- GULUM ejus cum Horizonte datum vel sumptum, & per Asc. obliquam datam inquiri potest.

PRÆ-PTUM 45.

PRO Asc. obliqua data, sume Asc: rectam Mediæ Cæli, & quare punctum Eclipticæ, quod cum eâ cælum mediat, ejusque Declinationem; quæ si septentrionalis, addatur ad Alt. Æquatoris: si meridiana, auferatur. A residui vel compositi Logarithmo aufer Logarithmum anguli orientis; restabit Logarithmus arcus Eclipticæ, ortivi, si punctum cælum medians erat in descendentem semicirculo; occidui, si in ascendente. Ille igitur additus ad punctum cælum medians, pertingit ad punctum oriens; iste ablati, ad occidens. Si ablatio fieri non potest, non responder datus arc: Orientis, date Asc. Obliqua.

Ut Asc. obliqua sit 341°. 20'. 29", erit Asc. recta M C. 251°. 20'. 29", cum qua cælum medians 12°. 47'. 49", & ex descendenti semicirculo; cuius Declinatio meridiana 22°. 24'. 49". Hec ablata ab Alt. Æquat. 52°, relinquit 29°. 37'. 11". Ab hujus arcus Logarithmo 70576 aufer Logarithmum Anguli Orientis dati 30°. 24' (modo data omnia invicem respondeant) Logarithmum 68115, restabit 2461 Logarithmus arcus jam ortivi 77°. 20'. 26". Hunc igitur adde ad 12°. 47'. 49". & prodit oriens punctum Eclipticæ 0°. 8'. 19" X. sat præcisè. Nam angulus Orientis 30°. 24'. 8", jam efficit 0°. 7'. 12" X.

Hoc pacto si ponas notum angulum Orientis, & opereris, siquidem prodit punctum habens hunc angulum, scilicet fuit positio: si aliter, puncti procedens angulus ponitur, & repetitur operatio: quæ ratio, quamvis imperfecta ob Tabula brevitate, in loco non continuitur.

TANDEM DOCEBO, PER SOL- OS LOGARITHMOS, SINEULLIS AL- liis Tab. computare & angulum orientis, & unâ ipsum punctum oriens, ex datâ Asc. obliqua universaliter & exactè.

PRÆ-PTUM 46.

PRIMUM observa casus, alterutrum ex pun- ctis Æquinoctialibus, quod est supra Hori- zontem, in quo cæli Quadrante sit. Nam si id est in orientali; gradus oriens est quaerendus, seu arcus ab Æquinoctio sublimi ad ortum usque: si in occiduo; gradus occidens quaeritur, seu arcus Eclipticæ à puncto occidente usque ad æqui- noctium sublimi. Utroque casu arcus Æquato- ris respondens adhibetur. Hujus enim Logarith- mus additus Logarithmo alt: æquatoris, consti- tuit Logarithmum altitudinis illius æquinoctia- lis puncti. Et hujus Antilogarithmus ablati ab Antilogarithmo Æquatoris, relinquit Logarith- mum anguli inter Æquatorè & Verticalem, qui per æquinoctium ducitur. Huic angulo Obli- quitas Eclipticæ additur, si o V est ad ortum, vel o ÷ ad occasum; auferatur, si o ÷ est ad ortum vel o V ad occasum: ita constitutus erit angulus verticalis cum Ecliptica. Hujus Log-us additus Antilogarithmo altitudinis puncti Æquinoctia- lis, jam elicit, dat Antilogarithmum Anguli o- rientis; qui unâ cum ejusdem Logarithmo, uti- lis est ad Parallaxes. Hic verò Log-us anguli orientis, ablati à Logarithmo Altitudinis pun- cti æquinoctialis, relinquit Logarithmum lateris Eclipticæ requisiti, quod simul cum angulo Ecli- pticæ & verticalis, prius adhibito, vel excedit Quadrantem vel ab eo deficit. Prodest autem ad hæc certis Typis, quorum unum tradam in exemplo.

Sit Asc. obliqua 346.48. Ergo o ÷ est su- pra Horizontem, & ad occasum; quaerendumq; est latius Eclipticæ ab occasu usque in o ÷. Ei vero re- spondet lateris Æquatoris 13°. 12', quantum sc: est ab 166.48 Descensione obliqua, ad 190°. seu ad o ÷. Latu 49.13.12. A. L. 147687.C. Alt. Æq. 39. 6. B. Log. 46096. D. Ant. 25354. E. 193783. F. Ant. 1049. G. 51.39. I. 24305. H. 23.31. K. Adde, quia o ÷, ad occasum 75.10. L. Logar. --- 3385. Ang. or. 16.56. Log. 123354. O. Ant. 4434. N. Lat. Ecl. 29.38. Q. 70429. P. Ergo occidit. 0.22. Np. oritur 0.22. X.

Datur A per Asc: obliquam, cum quo excep- titur C. Datur & B, cum quo excerpitur D & E. Iam C & D additi faciunt F. Hic verò per sinum arcum dat & G. In canone Neperi non est opus ar- cu, stat enim G è regione ipsius F. & in his tabulis excerpit utriusq; tam Logarithmi. quam Anti- logarithmi non est multo difficilior. Quilibet enim Logarithmus ostendit arcum suum. Quadrante mi- norem in fronte & sinistro margine: & is translatus in calcem & dextrum marginem, ostendit responden- tem Antilogarithmum. id sit crebro in eadem aper- tura libri, aut summum tribus folijs replicatis. Por- rò sub.

Commo- dias Ca- noni Ne- periani & Ursiniani